



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 11. Sessio IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

sententiam suam pluribus ex S. Leone <sup>saccul.</sup> XV.  
Papa, S. Gregorio, S. Ambrosio, Sancto A. C. 1430.  
Hieronymo, S. Augustino, aliisque Pa-  
tribus allatis testimoniis strenue corro-  
boravit. His peractis Sessio soluta est.

### §. XI.

#### *Sessio IX. Concilii Florentini.*

Feria tertia die vigesima quarta Martii *Labbe Conc.*  
habita est Sessio inter Florentinas no-<sup>to.13.</sup> p.382.  
na, in qua denuo Joannes solus differen-  
di copiam habuit, & quidem postremo  
disputare auditus est; absoluta enim hac  
sessione in nulla alia de controversis istis  
articulis actum est, Græcis paulo post ad  
sua remeantibus. Ipse vero Orthodo-  
xæ fidei veritatem rursus novæ legis  
testimoniis pro viribus propugnavit, maxi-  
me secutus explanationes omnium anti-  
quorum Ecclesiæ Doctorum, qui in sæ-  
culis III. IV. & V. floruerunt, proin lon-  
go intervallo Photii schisma antecesserunt,  
& quorum doctrinam ipsa Ecclesia Græ-  
ca tanquam apprime orthodoxam sem-  
per venerata est. Postmodum cuncta,  
quæ in præcedentibus disputationibus  
ad impugnandum dogma tam solide sta-  
bilitum attulerant, ordine suo distincte  
retulit, ac invictis argumentis confuta-  
vit, manifeſtē demonstrans, inter omnes  
Græcos Patres, qui de Proceſſione Spi-  
*Hist. Eccles. Tom. XXVII. E e tus*

Sæcul. XV. A. C. 1439.

tus sancti mentionem fecerunt plures at  
disertis omnino verbis, aut tantum de-  
experimentibus docuisse, Spiritum san-  
ctum a Patre & a Filio procedere, suam  
que essentiam accipere; plurimos at-  
tem, eundem a Patre per Filium pro-  
dere affirmasse, quæ tamen in idem re-  
ciderent: nonnullos autem eorum dixi-  
se, Spiritum *ex* Filio & *per* Filium pro-  
cedere; omnes illos, qui illum a Patre  
(quod verissimum est) procedere ad-  
struerent, nec vel semel quidem Filium  
exclusisse; quod tamen, si Spiritus Sa-  
cros a Filio non exiret, sine dubio fa-  
cissent.

### §. XII.

#### *Summum Imperatoris studium pri- unione Græcorum.*

Postremo Joannes Gallæciæ, ac  
leti Conciliorum decreta subjuncta,  
quæ omnino consentanea essent docim-  
næ, quam Sanctus Leo Papa in respondentia  
ad Turibium Episcopum tradidit: Quen-  
summum Pontificem Synodus Chalcede-  
nensis summis laudibus celebravit, nomi-  
navitque *Virum nullius erroris vulneri po-*  
*tentem Propugnatorem, quem Deus Romæ*  
*næ Ecclesiæ Papam providit, ad vitoriam*  
*præparavit, doctrinis eum per omnia veri-*  
*tatis attingens.*

Pol-